



## LATIN NYELVŰ LAP A TANULÓIFJÚSÁG SZÁMÁRA

Moderator (szerkesztő) ephemeridis JOSEPHUS WAGNER DR. Budapest, XI., Lágymányosi-utca 20. szám /telephon: 68-6-34/, ad quem epistulae et manuscripta mittantur.

Administrator (kiadó) ephemeridis ALEXANDER REGENYI, Budapest, VII., Barcsay-utca 5. szám /telephon: 49-2-15/ ad quem pecuniae quaecunque dirigantur. (Postatak. csekksz. 57.292.)

Prodit Budapestini decies in anno. Pretrum subnotationis an. 1934—35. est pro Hungaria 3 pengő; pro exteris nationibus 4 pengő.

## Franciscus Rákóczi 1735—1935.

Hoc anno a. d. VI. Idus Apriles ducentesimus circumactus est dies, quo Franciscus Rákóczi II. gloriissimus Transylvaniae princeps fere sexagenarius<sup>1</sup> in oppidulo Rodosto e vitā excessit, qui dies a cunctā Hungarorum natione cum vero animi sensu ac sincero ubique<sup>2</sup> celebratur. Etenim Franciscus Rákóczi II. in longissimo clarorum Hungariae virorum ordine ob singularem<sup>3</sup> animi magnitudinem praecipuum atque illustrem obtinet<sup>4</sup> locum semperque in eum tamquam in splendidissimam acerrimi libertatis<sup>5</sup> vindicis<sup>6</sup> intuemur<sup>6</sup> speciem.<sup>7</sup> In hoc viro fuit candidissimus<sup>8</sup> amor patriae animo penitus infixus, religio ac pietas erga

Deum non illa fucata<sup>9</sup> et simulata,<sup>10</sup> verum germanissima<sup>11</sup> et in medullam<sup>12</sup> imam<sup>12</sup> inclusa. Iam vero quotusquisque est, quin huius viri commoveatur animi<sup>13</sup> constantiā,<sup>13</sup> quā inter pacis conditiones sibi oblatos amplissimos honores repudiavit? Quis non admiretur hunc, qui reiectis pacis<sup>14</sup> legibus<sup>14</sup> sibi non convenientibus, post-habitis<sup>15</sup> immensis dignitiis, spretis summis opibus patriae<sup>16</sup> solum<sup>16</sup> vertens<sup>16</sup> sib ipse exilium conciverit<sup>17</sup> nunquam redditurus

<sup>1</sup> 60 éves korában <sup>2</sup> mindenütt <sup>3</sup> kiváló <sup>4</sup> foglal el <sup>5</sup> szabadsághős <sup>6</sup> tekintjük <sup>7</sup> eszménykép <sup>8</sup> tiszta <sup>9</sup> fitogtatott <sup>10</sup> tettetett <sup>11</sup> valódi <sup>12</sup> szíve(velő) mélyébe <sup>13</sup> lelkijérő <sup>14</sup> békéfertételek <sup>15</sup> lemondva <sup>16</sup> hazája földjét otthagya <sup>17</sup> szánta el magát.



Fr. Rákóczi (pinxit Adamus Mányoki).

Per.  
Lat  
020



aerumnasque<sup>18</sup> perpessurus gravissimas? Talis ac tanti viri memoria nunquam oblitterabitur<sup>19</sup> nec ex animis vere Hungaricis unquam elabatur.<sup>20</sup>

Infra posuimus eam particulam Confessionum Rákóczianarum, quā quomodo Rákóczi Sárosini captus sit, narratur. Confessionibus Franciscus Rákóczi II. ipse a S. Augustino exemplo<sup>21</sup> capto<sup>21</sup> vitam suam Latine conscripsit suāque manu exaravit.<sup>22</sup>

In Confessionibus Rákóczi non antiquā, sed suae aetatis utitur Latinitate, illā quidem vivā et vividā,<sup>23</sup> cuius amabili<sup>24</sup> volubilitate<sup>25</sup> legendū animi iucunde deleniuntur.<sup>26</sup>

### Principis Francisci II. Rákóczi Confessiones.

Budapestini, 1876. (Pag. 104—106.)

Ieiunium<sup>27</sup> quadragesimale<sup>27</sup> imminentibus festis paschalibus transegi<sup>28</sup> Munkácsini; et quia hora castigationis<sup>29</sup> meae appropinquabat, contemptis itinerum difficultatibus ab extraordinario aquarum<sup>30</sup> diluvio<sup>30</sup> causatis<sup>31</sup> statui uxorem Sárosini valetudinariam<sup>32</sup> relictam invisere<sup>33</sup> et ibi paucis diebus moratus verna<sup>34</sup> tempora venationibus destinata Szerencsini consummare,<sup>35</sup> et propterea maiorem aulae meae partem levi<sup>36</sup> custodiae<sup>36</sup> corporis<sup>36</sup> mei manu<sup>36</sup> cum paucis aulicis<sup>37</sup> ad latus meum assumptā e medio itinere, illuc praemisi cum impedimentis<sup>38</sup> et ipse deflexi Sárosinum. Adorans in humilitate cordis admiror ego haec scribens invisibilem manum Tuam, o cuncta disponens<sup>39</sup> et regens providentia,<sup>40</sup> mente per volvens<sup>41</sup> audacem caecitatem meam, quā ductus pericula huius itineris contemnebam, aquarum<sup>42</sup> torrentes<sup>42</sup> natantibus<sup>43</sup> carpento<sup>43</sup> praeiunctis<sup>43</sup> equis,<sup>43</sup> vix rotis fundum<sup>44</sup> attingentibus transibam ruptis<sup>45</sup> pontibus<sup>45</sup> aliquin<sup>46</sup> in pérviōs.<sup>47</sup>


Superatis periculis incolumis perveni Sárosinum, ubi convalescentem reperi uxorem et sub vesperam cartifoliorum<sup>48</sup> lusu<sup>48</sup> tempus terenti redditae<sup>49</sup> fuerunt mihi litterae sororis meae, cum quibus tabellarius<sup>50</sup> ob torrentium inundationem sat longo tempore circumvagans<sup>51</sup> me Munkácsini quaesiverat, per quas notificaverat<sup>52</sup> mihi se Viennā recepisse litteras, quibus perscriptum fuit Longuevallium<sup>53</sup>

Viennā abeuntem Lincii arestatum<sup>54</sup> et reductum fuisse et apud ipsum perniciosas Magnatum Hungarorum fuisse deprehensas<sup>55</sup> litteras, ex quibus unam viso periculo ipsemēt devoravit. Non repetam Domine, describere diversa pathemata<sup>56</sup> animi,<sup>56</sup> quae me in<sup>57</sup> instanti<sup>57</sup> haec legentem obruerunt.<sup>58</sup> Ea<sup>59</sup> immutato vultu celavi<sup>60</sup> mecum ludentibus<sup>61</sup> Germanis officialibus.<sup>62</sup> Sed insipido<sup>62</sup> lusus brevi fine imposito anxiō animo ad Te recurrens<sup>64</sup> quid facto opus, petebam consilium; iam enim mihi fugam in vicinam Poloniā suadebat futurorum<sup>65</sup> praevisio,<sup>65</sup> sed parati<sup>66</sup> aeris<sup>66</sup> defectus<sup>67</sup> praepediebat<sup>68</sup> iter; iam fidelitas Longuevallii per litterarum ab eo devoratarum<sup>69</sup> famam<sup>69</sup> sperare<sup>69</sup> et subsistere<sup>69</sup> iubebat spe<sup>70</sup> lactante<sup>70</sup> nihil Imperatorem alioquin<sup>71</sup> multis ex signis benevolum et aulam eius favorabiliter et amice erga me dispositam,<sup>72</sup> praecipitaturum.<sup>73</sup> Confirmabat me in hac opinione duarum septimanarum<sup>74</sup> mora, quae a capto Longuevallio intercessit,<sup>75</sup> denique Tuā dispositione,<sup>76</sup> o bonitas infinita, effectum<sup>77</sup> est, quod eventum rei dubius<sup>78</sup> exspectare statuerim et brevi horis vespertinis succedentibus<sup>79</sup> ad quietem corporis me disposuerim,<sup>80</sup> sed inter millenas<sup>81</sup> cogitationes fluctuans animus repulso somno plus humanis inhaerebat consiliis, quam Tuum<sup>82</sup> petit auxilium; simu-

<sup>18</sup> gyötrő gondok <sup>19</sup> elhomályosul <sup>20</sup> eltűnik <sup>21</sup> mintaképül választa <sup>22</sup> leírta <sup>23</sup> élénk <sup>24</sup> kedves <sup>25</sup> gördülékenység <sup>26</sup> elbűvölő <sup>27</sup> negyvennapi böjt <sup>28</sup> töltöttem el <sup>29</sup> vezeklés <sup>30</sup> árvíz <sup>31</sup> okozott <sup>32</sup> betegen fekvő <sup>33</sup> meglátogatni <sup>34</sup> tavasz <sup>35</sup> eltölteni <sup>36</sup> kis testőrcsapat <sup>37</sup> udvari nép <sup>38</sup> poggyász <sup>39</sup> intéző <sup>40</sup> gondviselés <sup>41</sup> átgondolva <sup>42</sup> a rohanó hegyi vízeket <sup>43</sup> amikor a kocsiba fogott lovak vízben úsztak <sup>44</sup> a víz feneke <sup>45</sup> mivel a hidak leszakadtak <sup>46</sup> azonkívül <sup>47</sup> járhatalan (t. i. torrentes) <sup>48</sup> kártyázás <sup>49</sup> kézbesítették <sup>50</sup> levélvívő <sup>51</sup> kerülő utakon járva <sup>52</sup> tudósított <sup>53</sup> Longuevallius litteras Rákóczii ad XIV. Ludovicum Gallorum regem de ineundo contra Viennensem aulam foederare datas Parisios perlatus Rákóczio prodito aulae Viennensi exhibuit <sup>54</sup> letartóztatták (franciás latin szó) <sup>55</sup> elcsipett <sup>56</sup> lelkei szenvédés <sup>57</sup> abban a pillanatban <sup>58</sup> megrohantak <sup>59</sup> t. i.: *pathemata* <sup>60</sup> eltiltoltam <sup>61</sup> kártyázó <sup>62</sup> tisztek <sup>63</sup> izletben, unalmas <sup>64</sup> (Istenhez) folyamodtam <sup>65</sup> a bekövetkező események előrelátása <sup>66</sup> készpénz <sup>67</sup> hiány <sup>68</sup> akadályozta meg <sup>69</sup> (növéremnek) abból a tudósításából, hogy Longueval az egyik levelet lenyelte, a megbízhatóságára következtettem és ezért reményt merítettem és maradásra szántam el magam <sup>70</sup> táplált a remény <sup>71</sup> másiklúben <sup>72</sup> viseltetett <sup>73</sup> gyorsan dönteni <sup>74</sup> hét <sup>75</sup> telt el <sup>76</sup> rendelésedből, végzésed folytán <sup>77</sup> történt <sup>78</sup> bizonytalanságban élve <sup>79</sup> beállt az esti óra <sup>80</sup> szántam el magam <sup>81</sup> ezer meg ezer gondolat között hánykolódva <sup>82</sup> t. i. az Isten.

latā tamen quiete cubabam, dum die 28. Aprilis circa secundam horam noctis ad insolitum strepitum, quem in cameris, per quas ad cubiculum nostrum adeundum erat, excitatus<sup>83</sup> aures erexeram, vere<sup>84</sup> secundam portam aperiri canis mei venatici latratu distincte<sup>85</sup> audivi; et hoc rumore<sup>86</sup> excitata uxor quoque vocabat camerariam<sup>87</sup> et ipse ego ad lustrandam<sup>88</sup> rumo-

et exemplo iam simulatā<sup>99</sup> innocentia<sup>99</sup> et securitate<sup>99</sup> animi<sup>99</sup> voluntatem Imperatoris expetebam, quam mihi officiales denunciavere dicentes se habere in mandatis,<sup>100</sup> ut Eperjesinum, vicinam civitatem, milite<sup>101</sup> Germano praesidiatam,<sup>101</sup> ducerer datā morā, ut carpento equi praeiungerentur et ipse pro solito vestibus induerer adhibitis aulicis meis et





Rákóczi comprehenditur (pinxit Iul. Benczur).

ris causam e lecto surgere parabam, sed ecce vicinam lecto ianuam violento ictu aperiri et duos mihi, notos e legione Salmeni centuriones<sup>89</sup> candelā<sup>90</sup> et attractis<sup>91</sup> brevioribus sclopis,<sup>92</sup> qui illico circumdedere lectum et me nomine Imperatoris incaptivatum<sup>93</sup> denunciavere. Sed Tu, o aeterna misericordia, quae hunc praevisum, sed insuperatum disposuisti<sup>94</sup> eventum, non defuisti mihi, sed contra<sup>95</sup> adversa<sup>95</sup> et indignum<sup>96</sup> statui<sup>96</sup> meo<sup>96</sup> procedendi<sup>96</sup> modum<sup>96</sup> confirmasti animum et reddidisti intrepidum; anxietatibus successit<sup>97</sup> quippe fortitudo et patientia, quā instructus iam vehe-mentiores uxorius querelas sedabam,<sup>98</sup> verbis

familis. Iam matutinum<sup>102</sup> apparere incepit crepusculum,<sup>102</sup> dum carpentum concendi. Nec ullae preces separare poterant a me uxorem, quae officialibusque invitata est et sic in praefatam<sup>103</sup> civitatem populo mihi addictissimo<sup>104</sup> ad triste spectaculum affluente et passim lacrimante inductus fui.

Carolus Acs.

<sup>83</sup> felserkenve    <sup>84</sup> valóban    <sup>85</sup> világosan, jól    <sup>86</sup> zaj  
<sup>87</sup> komornáját    <sup>88</sup> kipuhatalására    <sup>89</sup> százados    <sup>90</sup> gyertya  
<sup>91</sup> felhúzott    <sup>92</sup> puska    <sup>93</sup> letartóztatottnak    <sup>94</sup> elrendeltek,  
intéztek    <sup>95</sup> a szerencsétlenséggel szemben    <sup>96</sup> állásomhoz  
mélétlan eljárási móddal szemben    <sup>97</sup> felváltotta    <sup>98</sup> le-  
csillapítottam    <sup>99</sup> árátatlanságot és lelke nyugalmat erőltetve  
magamra    <sup>100</sup> az a megbízatásuk    <sup>101</sup> örséggel megrakott  
<sup>102</sup> hajnali szürkület    <sup>103</sup> az emlitett    <sup>104</sup> odaadó.

Aedes cathedralis<sup>7</sup> Cassoviae.**De turture.<sup>1</sup>**

Olim, cum Jesus terra moratus esset, accidit, ut in silva quadam acquiesceret. Dum Petrus coenam comparabat, Jesus sub arbore consedit, et spectabat avēs volantēs. Vedit interim turturum, qui magnā diligentia alebat pullōs<sup>2</sup> suos. Jesus oblitus famis spectabat turturum, donec Petrus ad cenam invitavit. Tunc benedixit turturi et cum turtur ad manum eius advolavisset, permulcebat<sup>3</sup> collum avis Jesus et ecce collare<sup>4</sup> atrum erat in collō eius, quod ex eō tempore turturēs semper gerunt.

*Ladislaus Mihálycsik.  
disc. IV. cl. gym. univ.*

**De calva Shakespearii.<sup>5</sup>**

(Yolland-Kundt Angol nyelvkönyv: Shakespeare's skull.)

Nundinae<sup>6</sup> sunt et praeco<sup>7</sup> calvam demonstrat. «Haec est — inquit — calva Shakespearii.» Quidam spectatorum adstans se id non credere dicit, quod Shakespearius magnum habuerit caput, illam autem calvam parvam esse. Mul-

titudo ridet, sed praeco haud perturbatus<sup>8</sup> exclamat: «Ego quoque scio haec omnia, sed hoc quod videtis, tum caput eius fuit, cum puer erat.»

*Eug. Keller  
disc. VIII. cl. rgymn. Em.  
Wagner, Rákospalota.*

**Mus et mus<sup>9</sup> rattus.<sup>9</sup>**

*(Fabula Andreae Fáy.)*

— Nescio, quid sentiam in me ipso, si felem video — dixit mus parvus muri ratto<sup>9</sup>

— mystacem<sup>10</sup> eius ferre<sup>11</sup> non<sup>11</sup> possum,<sup>11</sup> odor mihi taedium<sup>12</sup> affert<sup>12</sup> vel aliquis discrepantia<sup>13</sup> naturalis est inter nos, sed gaudeo, si felem non video.


— Timor est illud, amice, timor — respondet subridens<sup>14</sup> mus rattus — et nihil aliud !

<sup>1</sup> gerlice <sup>2</sup> fióka <sup>3</sup> megsimogat <sup>4</sup> nyakörv <sup>5</sup> koponya  
<sup>6</sup> vásár <sup>7</sup> kikiáltó <sup>8</sup> anélkül, hogy zavarba jött volna  
<sup>9</sup> patkány <sup>10</sup> bajusz <sup>11</sup> nem szenvedhetem <sup>12</sup> undorít  
<sup>13</sup> ellentét <sup>14</sup> mosolyogva.

**De monte in poculo ignem evomente.<sup>1</sup>**

Complures sunt in terrā hominibus notā montes ignem vomentes, quorum nomina et vos nosse constat. Quorum montium minimum autem vosmet ipsi potestis oculōs oblectandi gratiā haud difficulter construere, quae praescribimus, facturi<sup>2</sup> in lagoenā<sup>3</sup> parvā vinum infundite rubrum ita, ut lagoenae exitus cortice<sup>4</sup> recludatur; cortex perforati<sup>5</sup> de-

<sup>1</sup> tüzhányó <sup>2</sup> ha megcsináljátok <sup>3</sup> palack <sup>4</sup> parafadugó <sup>5</sup> kifűr.



bet. Lagoenam parvam sic praeparatam in vasis<sup>6</sup> vitreis<sup>6</sup> collocamus circumdamusque luto<sup>7</sup> montem imitantes. Demum haec omnia in aquam demergimus. Quoniam aqua vino gravior est, lagoenam penetrabit ex ea rubrum vinum exprimens; quare speciem<sup>8</sup> praebet<sup>8</sup> montis ignem vomentis.

*Guil. Boros.*

<sup>6</sup> üvegedény <sup>7</sup> agyag <sup>8</sup> azt a látszatot kelti.



## LECTORIBUS MINIMIS.

### Flores Francisco Rákóczi!

(Tibor et Zoltanus colloquuntur.)  
Scripsit Desiderius Bielek.

Z.: Salvē, Tibor cārissimē!

T.: Tu quóque sálve, Zóltané!

Z.: Iam anno plus<sup>1</sup> nōn vídi tē.

Quo curris tam őcissimē?<sup>2</sup>

T.: Calent<sup>3</sup> iam sōlis rādiū,  
flōrent in hortō flōsculi.<sup>4</sup>  
Flōrēs légam<sup>5</sup> in cäläthüm,<sup>6</sup>  
syringam,<sup>7</sup> flāvum cytisum,<sup>8</sup>  
galanthum,<sup>9</sup> írim,<sup>10</sup> tulipam<sup>11</sup>  
et hyacinthum,<sup>12</sup> prīmulam<sup>13</sup>  
odōrātamque violam.<sup>14</sup>

Z.: Quam laeta tua faciēs!<sup>15</sup>  
Quid flōribus tu faciēs?

T.: Flōrēs collectos mātri do,  
domi<sup>16</sup> fenestram<sup>17</sup> decörō. (Z. quatit<sup>18</sup> caput.)  
Suadere<sup>19</sup> vis mi<sup>20</sup> aliud?

Nē torseris<sup>21</sup> tuum caput!

Mātercula flōrēs amat,  
ā mē eōs accipiat...<sup>22</sup>

Z.: Māterculam, scio, amās,<sup>23</sup>  
flōrēs tu illi afferās,  
sed aliās,<sup>24</sup> sed aliās!

Z.: Nunc annus ducentēsimus,<sup>25</sup>  
Rákóczi cum<sup>25</sup> est mortuu,  
pro sanctā libertāte qui  
pugnāvit corde, mente, vī,  
affictae<sup>26</sup> nostrae patriae  
recrudescente<sup>27</sup> vulnēre.  
Ex Turciā<sup>28</sup> domum dēductus<sup>29</sup>  
in urbe «Kassa» est sepultus.  
In aede,<sup>31</sup> ubi positus,<sup>32</sup>

sepulcrum cāret<sup>33</sup> flōribus.  
Eōne<sup>34</sup> flōrēs mittimus<sup>34</sup>

T.: Madēscunt<sup>35</sup> mihi palpēbrae,<sup>36</sup>  
in mentem sī vēnit,  
quam mutila<sup>37</sup> Hungaria  
nōbis remanserit...  
Urbs, «Kassa» nunc nōn nostra est,  
mittī eō<sup>38</sup> flōs nōn potest.  
Budae, Pestī<sup>39</sup> utinam  
sepultus esset is,  
sepulcrum eius sternere<sup>40</sup>  
possēmus flōsculīs,  
rīgāre<sup>41</sup> lacrimīs.

Z.: Et hoc fiet.<sup>42</sup> En brevī iam  
habēbimus hic statuam  
auctōre et suasōre  
nostrō Gubernatōre,  
et, quod dēbēt<sup>43</sup> quam-pridem,<sup>43</sup>  
ex aere hic effigiem  
in Kossuthī forō<sup>44</sup>  
pōnent Rákócziō.  
Tum statuam adibimus<sup>45</sup>  
bāsimque<sup>46</sup> pulchrīs flōribus  
lārgē<sup>47</sup> ornābimus.

T.: Immō<sup>48</sup> — iuvābit nōs Deus,  
— haud vāna<sup>49</sup> haec fidēs,<sup>50</sup> —  
certē<sup>51</sup> recuperābimus<sup>52</sup>  
Hungariae finēs.  
Rákócziū urbs, «Kassa», tum  
sacer fiet locus,<sup>53</sup>  
sepulcrum — nudum<sup>54</sup> nōn erit<sup>54</sup>  
Hungrōrum flōribus...<sup>54</sup>  
Flōrum ibi fasciculus<sup>55</sup>  
— faxit<sup>56</sup> et hoc<sup>57</sup> Deus —  
nōn dēerit<sup>58</sup> meus.

(Flores colligunt et suaे quisque matri perferunt.)

<sup>1</sup> több mint egy éve <sup>2</sup> oly villámgysorsan <sup>3</sup> melegek  
<sup>4</sup> a virágó(cská)k <sup>5</sup> szedek majd <sup>6</sup> a kosaramba <sup>7</sup> orgonát  
<sup>8</sup> sárga aranyosé <sup>9</sup> hővirágot <sup>10</sup> kék liliomot <sup>11</sup> tulipánt  
<sup>12</sup> jácintot <sup>13</sup> kankalint <sup>14</sup> illatos ibolyát <sup>15</sup> arcód <sup>16</sup> ott-  
hon <sup>17</sup> az ablakot <sup>18</sup> fejét rázza <sup>19</sup> tanácsolni <sup>20</sup> mīhi =  
nekem <sup>21</sup> ne törд (máson) <sup>22</sup> hadd kapja <sup>23</sup> szereted <sup>24</sup> de  
máskor <sup>25</sup> most van 200 éve, hogy <sup>26</sup> szegény, bajszútotta  
<sup>27</sup> amikor kiújult <sup>28</sup> Törökországból <sup>29</sup> ünnepélyesen hazahozott és <sup>30</sup> szándékosan magyarul mondja a nevét  
(latin neve Cassovia) <sup>31</sup> a dómiban <sup>32</sup> ahol nyugvóhelye  
van <sup>33</sup> nélkülözi, nincs rajta virág <sup>34</sup> odaküldjük-e  
<sup>35</sup> ázik <sup>36</sup> a szemem (pillája), könnyek lepik el <sup>37</sup> mily  
csonkán <sup>38</sup> oda <sup>39</sup> Budán, Pesten <sup>40</sup> teleszóráhatnók <sup>41</sup> öntözhetnők <sup>42</sup> meglesz ez is <sup>43</sup> ami már mily régi tartozásunk <sup>44</sup> a Kossuth-téren <sup>45</sup> odazarándoklunk a szoborhoz <sup>46</sup> a talapzatát <sup>47</sup> bőségesen <sup>48</sup> sót <sup>49</sup> nem üres, csalóka <sup>50</sup> e hitem <sup>51</sup> bizonnyal <sup>52</sup> visszaszerezük <sup>53</sup> szenthelyünk lesz nekünk <sup>54</sup> nem lesz hijával a virágoknak <sup>55</sup> az én virágcsokrom <sup>56</sup> tegye meg, adja meg <sup>57</sup> ezt is <sup>58</sup> (nem fog hiányozni) ott lesz.

## Spiritus vitro inclusus. (2.)

Fabulam Grimmianam Latine vertit G. Kaul dr.

Iam discipulus ad patrem redditurus erat, sed spiritus flebili gemitu exclamavit : «Ah, patere me exire, patere me exire !» At discipulus negavit se quemquam soluturum esse, qui semel vitae suae insidiatus esset. — «Si me liberaveris», inquit spiritus, «tibi tantum dabo, ut per totam vitam satis habeas.» — «Minime», respondit discipulus, «immo tu me decepturus essem,<sup>1</sup> sicut antea.» — «Visne opportunitatem


sanatus est. «Vera sunt, quae dixisti», inquit spiritui, «nunc discedere possumus !» Postquam gratias egerunt, et spiritus pro liberatione et discipulus pro donis, ille ad patrem rediit.

«Ubinam vagatus es?» inquit pater, «cur laboris oblitus es? Nonne antea dixeram te nihil proficere posse?» — «Aequo animo es, pater ! Praetermissa compensabo.» Et quasi arborem quandam caesurus filius emplastro securim oblinere<sup>9</sup> et lignum vehementer percute ;<sup>9</sup> sed ferro in argentum verso acies<sup>10</sup> incurvata est. — «Ohe, pater, adspice, quam malam securim mihi deris : quam obliqua facta sit !» Tum pater perterritus : «Ah, miser, quid fecisti? Nunc mihi pretium securis solendum est; istud commodum ex labore tuo capiam !» — «Absiste moveri», inquit filius, «ego iam pretium securis ipse solvam !» — «O stultissime, unde solves? Nihil habes, nisi quod tibi dedero ; istae quidem sunt praestigiae<sup>11</sup> scholastico-rum,<sup>12</sup> quas in animo habes; sed ligna caedendi imperitissimus es !»

Paulo post discipulus : «Ita est», inquit, «re vera nihil iam labo-

rare possum ; ab opere diurno cessemus !»

«Quorsum istud<sup>13</sup>?» inquit ille, «an putas me compressis manibus sedere velle sicut te? Mihi iam laborandum est ; at tu facesse hinc, abi domum !» — «Pater, equidem primum in hac silva sum ; solus viam non reperiam ; age, sis mecum !» Et quod ira defervuit,<sup>14</sup> patri tandem persuasum est, ut una cum filio domum iret. Ibi ad filium : «Vade», inquit, «vende securim corruptam, vide, quid accipias !» Filius securim comprehensam in urbem ad aurificem



Sarcophagus medius ossa Francisci Rákóczi Helenaque Zrínyi, dexter praefecti aulae, Nicolai Sibrik, laevus comitis Antonii Esterházy continet.

optimam corrumpere?» inquit spiritus. «Non iam tibi insidiabo, sed maximo praemio te officiam.» Tum discipulus secum cogitavit : Audebo ; fortasse iste promisso<sup>2</sup> stabit ;<sup>2</sup> malo<sup>3</sup> afficere<sup>3</sup> me non poterit. Sublato obturaculo spiritus escendit, sicut antea et expansus et auctus est, tamquam gigas. «Nunc praemium accipito», inquit, cum discipulo linteolum<sup>4</sup> praebetur, quasi emplastrum,<sup>5</sup> «quotiens altera lacinia<sup>6</sup> vulnus obleveris, sanabitur ; quotiens altera lacinia chalybem<sup>7</sup> vel ferrum obleveris, in argentum vertetur.» — «Quod mihi prius experiendum est», inquit discipulus. Ad arborem accessit, corticem<sup>8</sup> securi scidit, altera lacinia emplastri oblevit ; statim clausus et

<sup>1</sup> be akarnál csapni <sup>2</sup> szavának áll <sup>3</sup> bántani <sup>4</sup> vászonkendő <sup>5</sup> flastrom, tépés <sup>6</sup> csucske <sup>7</sup> acél <sup>8</sup> kéreg <sup>9</sup> inf. hist. <sup>10</sup> éle <sup>11</sup> szemfénysesztés <sup>12</sup> diákok <sup>13</sup> Mire fog ez vezetni? <sup>14</sup> lecsillapodott.



portavit, qui, postquam probavit et in statera<sup>15</sup> posuit, illam quadringentorum nummorum esse dixit; tot se praesentes habere negavit.

Discipulus ait daret ille, quod haberet; reliquam pecuniam se illi mutuam daturum. Aurifex ei trecentos nummos dedit; centum debuit. Deinde discipulus domum reverti<sup>9</sup> et patri dicere: «Pater, habeo pecuniam; i. quaere e vicino, quid poscat pro securi». Senex pretium indicavit. Filius: «Da», inquit, «ei duplum; id satis erit. En, habeo pecuniam superfluam». Et cum patri centum nummos daret, promisit illi pecuniam nunquam defuturam esse; viveret<sup>16</sup> ille tam laute, quam vellet. — «Pro, Deus optime», inquit senex, «quomodo istas divitias adeptus<sup>16</sup> es?» Tum ille ei narravit, quomodo omnia facta essent et ipse fortunā confisus tam largam praedam abstulisset.

Reliquā sumptā pecuniā iterum in academiam profectus discere perrexit et cum emplastro suo cuncta vulnera curare posset, clarissimus medicus totius orbis terrarum factus est. (Finis.)

<sup>15</sup> mérleg    <sup>16</sup> felszólító móddal fordítsd    <sup>16</sup> szerez-  
ted.

Moderato.

Canon.

1.

Nōn-ne dor - mis? Nōn - ne dor - mis,  
Frā - ter mī, frā - ter mī?

2.

Mā-ne mā-ne tin-nit, mā-ne mā-ne tin-nit,  
Aes tin - tin - nā - bu - li.

3.

ünnepély népszerűségnak örvendett zárójelenet

4.

mellszobor festői elrendezésű csoportozat kartánc

7 betanít 8 beszámol.



Sollemnia<sup>1</sup> Horatiana. Quia in Hungaria Horatius semper maximo favore<sup>2</sup> florebat,<sup>2</sup> scholae nostrae non praetermittunt, quin bimillen-



nium Horationum rite celebrent. In imagine nostrā clausula<sup>3</sup> sollempnium in memoria Horatii a discipulabus thygatrogymnasi regii Hungarici Budapestinens «Maria Teresia» celebratorum catervam<sup>5</sup> virginum circum hermam<sup>4</sup> poētae speciose<sup>5</sup> dispositam<sup>5</sup> ante oculos ponit. Discipulæ declamationes, cantus chorreasque<sup>6</sup> sub dr. Valeria Sényi atque Teresia Kiss magistris edoctae<sup>7</sup> omnibus spectatoribus maxime placuerunt.

Sollemnia etiam aliarum scholarum iam nobis nuntiabantur, cum autem in fasciculo X. mense Iunio de ceteris similibus ludis Horatianis relaturi<sup>8</sup> simus, scholae rogantur, ut quam primum nuntios huius generis photographiasque publicandi causa nobis mittant.

<sup>1</sup> ünnepély <sup>2</sup> népszerűségnak örvendett <sup>3</sup> zárójelenet

<sup>4</sup> mellszobor <sup>5</sup> festői elrendezésű csoportozat <sup>6</sup> kartánc

<sup>7</sup> betanít <sup>8</sup> beszámol.

**Quattuorviri<sup>9</sup>** violonistae<sup>9</sup> Waldbauer-Kerpely nuper celebraverunt diem anniversarium XXV. primi certaminis<sup>10</sup> musici.<sup>10</sup> Quamquam bellum gentium, revolutiones et discrimen<sup>11</sup> oeconomicum<sup>11</sup> rei musicae haud favebant, post quartettum<sup>9</sup> conditum in 600 certaminibus musicis publicis quattuorviri in primis auctores Hungaricos (Bartók, Kodály, Dohnányi etc.) per totam Europam propagando optime de arte patriā meruerunt. Sed neque auctores classicos neglexerunt, quorum maximum, Beethovenium in 485 certaminibus musicis interpretati sunt, recentiores auctores quoque omnes contenti perfectā quattuorvirorum arte erant, sic Debussy, cum primo audiret eos



amplexus est. In imagine nostra columina<sup>12</sup> quartetti, primarius<sup>13</sup> Emericus Waldbauer et violoncellista Eugenius Kerpely sedent, inter quos stat Ioannes Temesváry, quartus est Egon Kronstein.

**Germani exercitum augent.** Cum nationes victrices ne nunc quidem copias, quemadmodum in pactionibus<sup>14</sup> Versaliensibus<sup>14</sup> promissum erat, minuerent, Germani declaraverunt neque se diu in statu inferioritatis mansuros, sed exercitum aucturos esse, patriam enim contra hostes inopinatae impetum facientes defendi non posse. Quae cum ita sint, speramus fore, ut Nationum Societas etiam ceteris victis, Austriae, Bulgariae nobisque concedat, ut exemplum Germanorum imitemur.

**Parlamento (senatu) Hungarico dimisso** delegati novi, dum haec scribuntur, creantur. Maioritatem denuo factio, quae usque adhuc gubernium habebat, Unitatis Nationalis sibi

comparavit, quae sola maior facta est, quam ceterae factiones cunctae, quarum nomina sunt: factio agricolarum<sup>16</sup> parvorum, factio christiano-socialis, factio nationalis liberalis, factio democratica socialis, legitimistae et neutrales.<sup>17</sup>

**Novus status reipublicae in Polonia.** Iam etiam praesidi Poloniae certaminibus factio-num modum<sup>18</sup> statuendum<sup>18</sup> esse visum est.<sup>19</sup> Ita salus reipublicae non multis delegatis litigantibus, sed paucis prudentibus primoribus curae erit.

**Cursus publicus<sup>20</sup>** aëronauticus<sup>20</sup> in Batavia adeo in gratiam hominum venit, ut administrator postalis epistolas omnes ad exteras nationes, quibuscum commeatus<sup>21</sup> aëronauticus sustineretur, sine pretio<sup>22</sup> accessorio<sup>22</sup> mitti iubet.

<sup>9</sup> vonósnyegyes    <sup>10</sup> hangverseny    <sup>11</sup> gazdasági válság  
<sup>12</sup> támász    <sup>13</sup> első hegedűs    <sup>14</sup> versaillesi szerződés    <sup>15</sup> országgylést feloszlatt    <sup>16</sup> gazda    <sup>17</sup> pártokívüli    <sup>18</sup> mértéket szab    <sup>19</sup> jónak lát    <sup>20</sup> légi posta    <sup>21</sup> közlekedés    <sup>22</sup> pótdíj.



### Locosa.

— Quam elegans es! Fortunā<sup>1</sup> prosperā<sup>1</sup> util<sup>1</sup> videris.

— Elegans, sum, amice. Sed omnia mihi debeo.

— Tibi? Nonnulli fabulantur te sartori<sup>2</sup> decem milia sesterciorum debere.

\*

— Patri meo pecunia cadit de coelo, quando pluit.

— Nonne agros habet?

— Non, parapluviarius<sup>3</sup> est.

— Ah! Patri meo ventus conflat pecuniām.

— Ventus? Quomodo?

— Est enim vitrarius.<sup>4</sup>

\*

— Quanto plus phosphori est in capite, tanto magis intelligens invenitur homo — affir-

<sup>1</sup> nagyon jól meggy a dolgod <sup>2</sup>szabó <sup>3</sup>esernyős <sup>4</sup>üveges.

mat quidam in societate. Intelligentissimi sunt  
ideo...

— Flammifera,<sup>5</sup> concludit alter inter risum  
ceterorum.

*Colomannus Gáldy.*  
disc. IV. cl. gymn. univ. Bp.  
\*

Iudex testem exaudit: — «Modo id dicas,  
quod ipse vidisti aut audivisti, ex auditu<sup>6</sup> com-  
perta<sup>6</sup> non. Intellexisti me?»

— Intellexi.

— «Nomen?» — Stephanus Hollós.

— «Quando natus es?» — Excusabis, hoc  
modo ex auditu scio! — respondet testis.

\*

*Paulus:* Pater et ego omnia scimus.

*Stephanus:* Si tam prudens es, dic mihi,  
ubi Asia sit!

*Paulus* (post brevem cogitationem): Hoc  
pater scit.

*Georg. Weisz*  
disc. VII. cl. gymn.

\*

— Quot annos natus es amice?

— Iam peregi annum vicesimum. Et tu?

— Ego quoque vicesimum agerem, si duos  
annos non aegrotavissim.

\*

*Mater:* Tu abstulisti crustula<sup>8</sup> ex armario?

*Puerulus:* Donavi ego illa puero cuidam  
misero, ne fame periret.

*Mater:* O te cordis optimi puerum! Et dic  
anima carissima, quis fuerit ille?

*Puerulus:* Ego, matrcula.

*Zoltanus Adg*  
disc. IV. cl. gymn. univ.

\*

*Iudex* ad reum<sup>9</sup> saepe damnatum et puni-  
tum:

Quid, tu iterum *hic* es? Nonne praecepi<sup>10</sup>  
tibi nuper,<sup>11</sup> ne denuo<sup>12</sup> in<sup>13</sup> conspectum<sup>13</sup>  
meum<sup>13</sup> venire<sup>13</sup> audeas?

*Reus:* Ita est, carissime iudex. Evidem<sup>14</sup>  
edepol<sup>15</sup> nolui in conspectum tuum venire, nec  
praetermissi<sup>16</sup> dicere huic custodi<sup>17</sup> publico<sup>17</sup> te  
mihi praecepsisse, ne in conspectum tuum  
venirem: at hic (digito custodem publicum  
monstrans) *stultissimus* noluit mihi credere!

*Alexius Czuppon.*

<sup>5</sup> gyufa    <sup>6</sup> amít hallomásból tudsz    <sup>7</sup> betegen fekszik  
<sup>8</sup> sütemény    <sup>9</sup> vádlott    <sup>10</sup> meghagytam neked, lelkedre kö-  
töttem    <sup>11</sup> a minap    <sup>12</sup> újból, újra    <sup>13</sup> szemem elé kerülni  
<sup>14</sup> én bizony    <sup>15</sup> Istenemre mondóm    <sup>16</sup> elmulaszt    <sup>17</sup> rendőr.

## Hypatia.

(5.)

Scripsit *Carolus Kingsley*, Hungarice reddidit *Arpadus Zigány*.  
Excerpsit atque in Latinum convertit: *Valentinus Fehér*.

Hypocorisma obstupefactus introducit Mariam, quae inclinato corpore postquam Hypatiae litteras Oresti tradidit, cito egreditur. Orestes cum litteras perlegisset, quasi attonitus<sup>56</sup> stabat. Tum epistolam tradidit Iudeao, qui haec legit: «Di immortales non sunt contenti dimidia adoratione; si is, qui Africæ regnum appetit, odiosam crucem calcare<sup>57</sup> ausus erit Caesareum que eis, quorum in honorem id maiores nostri extruxerunt, redididerit, dignus erit, quocum vivam et moriar pro causa sancta deorum immortalium. Sed ad id tempus...»

— Nunc quid agam? — quaerit Orestes. — Sacra Christiana aperte deserere non possum. Honorius actutum<sup>58</sup> in crucem me tolli iubaret.

— Quis enim dixit, ut sacra Christiana deserat! Polliceberis, quod petit Hypatia. Si tua coniunx fuerit, facilius ei persuadere poteris fieri non posse, quod optet.

— Per Iovem, hic est sermo sapiens! — exclamat Orestes. — Iudeee, tu es mihi optimus amicus et consultor prudentissimus.

— Atque etiam servus maxime tibi obnoxius<sup>59</sup> — respondet Raphael — qui te valere iubet.

Raphael egressus ubi descendit in plateam,<sup>60</sup> Mariam conspicatus est, quae ipsum opperiri<sup>61</sup> videbatur. Anus statim ad eum agressa anulum<sup>62</sup> pretiosissimum monstravit: «En aspice, hoc tibi donum destinavi».

— Quid hoc est, mater? Iterum iterumque donum mihi offers?

— Ita, Raphael Aben-Ezra: matrem me voca, non vetulam, uti soles. Ne me rideas, Raphael, ego te amo tibique bene volo et male facis, quod ingratus es. Gere hunc anulum... ab omnibus te magiis<sup>63</sup> atque inimicorum fallaciis defendit.

— Quod si iam mihi destinasti, bene facis, mater.

<sup>66</sup> dermedt    <sup>57</sup> rátapos    <sup>68</sup> legott    <sup>59</sup> alázatos    <sup>60</sup> utca  
<sup>61</sup> vár    <sup>62</sup> gyűrű    <sup>63</sup> búbáj.

### III. Unus dies in urbe Alexandria.

Interea Philammo et Gothi lente Nilo Alexandriam versus devehebantur. Oppida quondam celebria, quae tum iam pagi viles erant, praetervecti quodam vespere lacum Mareotis eremigarunt<sup>1</sup> et altero die prima luce in portum Alexandriae pervenerunt. Turba, quae ex omnibus terrae partibus eo confluxerat, ingentes acervi<sup>2</sup> mercium,<sup>3</sup> magna vis frumenti in litora exaggerata,<sup>4</sup> praegrandes naves frumentariae, plurimi servi in foro venditati,<sup>5</sup> multa poma, numerus ingens lintrium, mille aliae res quasi persuaserunt Philammoni operae pretium<sup>6</sup> esse haec omnia cognoscere. Quare prima occasione usus a periculis convectoribus<sup>7</sup> discedere voluit.

— «Heus ! — increpat<sup>8</sup> Smidius — ergone vis aufugere?» Philammo haesitans constituit : — «Ego monachus et Dei sum» — respondet. — «Dei es, sive abis, sive manes. Sed si remanseris, militem ex te faciam.» — «Arma mea non vis et ferrum, sed ieunium<sup>9</sup> est et precatio — reponit<sup>10</sup> Philammo. — Mittite me. Ego non ad caedam natus sum.» — «Canis ignave !» — rudunt<sup>11</sup> saevi Gothi. — «Mittite eum, ut abeat — ait tum Vulfius. — Qui canis baculo agitur post leporem, latrator<sup>12</sup> ex eius captura<sup>13</sup> edit.»

Philammo iam discedebat, cum Amalricus et Pelagia escenderunt.


— «Noli prius abire — ait Pelagia — quam totum vitae tuae cursum enarraris. Tam pulchre Graece loqueris, ut laeta audiam. Dicendum, sisne Atheniensis?» — «Nescio — respon-

det Philammo. — Vix memini me puerum audivisse dicere me esse Graecum et natum Athenis. Memini etiam magnae domus . . . atque in urbe cruentum<sup>14</sup> fuisse proelium. Deinde sum latus in navem.» — «O Deus ! — exclamat Pelagia. — Hoc reapse<sup>15</sup> mirum est. Quis ex vobis, puellae, dixit nos inter nos esse similes?» — «Hoc fuit per iocum — dixit una ex puellis — atque etiam similes inter vos estis.» — «Similes sumus ! Audin, Philammo ? Debes ad nos venire. Multa ex te quaerere volo.»

Postquam dixit, ubi habitaret, ascendit lecti-  
cam.<sup>16</sup> Philammo autem ex quodam homine  
quaesivit, ubi esset domus patriarchae. — «Do-  
mus patriarchae? — ait humilis macilentus-  
que<sup>17</sup> Graecus — ego scio, ubi sit, utique<sup>18</sup>  
scio. Unusquisque civis Alexandrinus habet  
causam, cur sciat, ubi sit domus patriarchae.  
Nonne monachus es?» — «Is sum.» — «I igitur  
et percontare apud tuos sodales.» — «At id  
saltem dic, quā mihi eundum sit. Monachis  
irasci videris.» — «Mene irasci? Nimirum<sup>19</sup>  
irascor. Primum quod Graecus sum, deinde  
quia sum philosophus, tum quia homo iustus  
semper odit falsum.» — «Hem, hem ! quisnam  
te docuit philosophiam?» — «Ipsa Hypatia,  
fons optimae sapientiae. In eius vestibulo um-  
bracula<sup>20</sup> et pallia iuvenum nobilium custodio,  
ut fruar emolumento<sup>21</sup> doctrinae caelestis. Si  
iam tantopere cupis adire patriarcham, hoc  
tuum est, atque ego libenter eo te ducam.»

Ut ambulant, Philammo Graecum inter-  
rogat : — «Quis est illa Hypatia, de quā  
loqueris?» — «Quis illa sit, tu petro?<sup>22</sup> Regina  
Alexandriae. Ingenio Minerva, gravitate Iuno,  
pulchritudine Venus est.» — «Hae vero qui  
sunt?» — «Quis sit Minerva? dea sapientiae.  
Iuno? regina deorum. Vénus? hoc quidem  
nullum monachum scire decet, sed tibi dico :  
eam esse deam amoris.»

Tandem ad humilem patriarchae domum  
perveniunt. Duce itineris digresso adolescens  
per portam intrat. Petrus diaconus lector eum  
statim in cubiculum patriarchae introduxit, ad  
virum, qui non nomine, sed re Alexandrinis  
imperabat.



<sup>1</sup> átevez <sup>2</sup> rakás <sup>3</sup> áru <sup>4</sup> felhalmoz <sup>5</sup> árusít <sup>6</sup> érdemes  
<sup>7</sup> útitárs <sup>8</sup> ráriávval <sup>9</sup> böjt <sup>10</sup> felel <sup>11</sup> ordítóz <sup>12</sup> eb <sup>13</sup> fogás  
<sup>14</sup> véres <sup>15</sup> csakugyan <sup>16</sup> gyaloghintó <sup>17</sup> sovány <sup>18</sup> persze  
<sup>19</sup> természetesen <sup>20</sup> napernyő <sup>21</sup> haszon, áldás <sup>22</sup> paraszt.

Cyrillus erat vir altā staturā pulchrāque facie; tota species ostendebat illum ad regnandum atque imperandum esse natum: frons lata atque alta, oculi fulgentes, vultus intelligentiae plenus, labra<sup>23</sup> paulum prominentia<sup>24</sup> significabant cum magno ingenio magnam coniunctam esse animi firmitatem. Patriarcha oculis acribus in Philammonem coniectis litteras Arsenii resignavit;<sup>25</sup> quas ubi legit, suppressā voce dixit: — «Philammo... Graecus... legi te didicisse oboedire. Abbas te mihi commendat:<sup>26</sup> ergo ab hodierno die mihi oboedire debebis.»

Philammo post meridiem assidue aegrotos curavit, mortuos sepelivit, orbos, viduas consolatus est et cum concubia nocte<sup>27</sup> in domum patriarchae redisset, tam defessus in stramento<sup>28</sup> decubuit, ut prope iam dormiret, priusquam oculis connivisset.<sup>29</sup> Subito feroci clamore excitatus est: «Ardet templum Alexandri! Adiuvate, Christiani! Ignis saevit!»

*Ad numerum proximum.*

<sup>23</sup> ajk    <sup>24</sup> előreálló    <sup>25</sup> feltör    <sup>26</sup> ajánl    <sup>27</sup> éjféltájban  
<sup>28</sup> szalma    <sup>29</sup> behúny.



## Solutiones aenigmatum numeri VII.

1. Ars longa, vita brevis. — 2. Inter duos litigantes tertius gaudet. — 3. Anna 7 amicas et 30 poma habuit. — 4. Latet arbore opaca aureus et foliis et lento vimine ramus. — 5. O superbe, quid superbis? Tua superbia te superabit; nam terra es et in terram ibis.

**Aenigmata recte dissolverunt:** Budapestini: Rgymn. Verböczy: Lad. Pokoly, Lad. Madarász, Car. Mandello; rgymn. Rex Matthias: Lad. Porjesz, Ervinus Zalán; thgymn. Paulina Veres: Livia Mahler, Magdalena Dövényi, Elis. Ivanovszki, Agnes Lukács, Clara Rónai; Scholae Piae: Ernestus Bérczy, Franc. Acsay, Lad. Kaposy; gymn. Evang.: Ioannes Iriesz; Sophianum: Marianna Renner, Magd. Fajcsek; gymn. Inst. prof. er. adiunct.: discipuli III. classis; Lad. Wagner, Ioannes Munk, Adalb. Kramer, Steph. Neuwald, Ioannes Orlay, G. Kartal, A. Losonci; rgymn.

S. Ladislaus: Lor. Tarnóczy. — Dombovárii: Steph. Banó, disc. anonymus. — Miskolcini: gymn. cath.: Dionysius Simon, Julius Prókay, Lad. Bubnó, Ios. Bányász, Barabbas Tóth, Tiburtius Tihanyi, Geysa Marót. — Magnae Canissae: Geysa Kozáry, discipuli VIII. classis, Ios. Révai. — Scarabantiae thgymn. cath.: Elisabetha Maurer. — Szolnokini: Franc. Miederer. — Arrabonae thgymn.: Susanna Schlesinger, Helena Szabó. — Keszhely: Victor Kósa, Marc. Wolf. — Nagykálló: Nic. Kerekes, Lud. Tarpay, Geysa Bakonyi, Alex. Tölgyesi, Ios. Uri, Georg. Bucsánszky, Ioannes Bereczky, Andr. Bornemissza, Car. Birtha, Nic. Királyfalvi, Lad. Borsy, Andr. Perkedi, Steph. Magyar, Franc. Siposs. — In Batavia I. cl. gymnasii Schiedamensis.

Praemium sorte Ladisla Porjesz, Franciso Acsay, Helenae Szabó et gymnasio Schiedamensi obvenit.

## 1.

Nonnulli discipuli gymnasii Miskolciensis aestate praeteritā excursionem<sup>1</sup> fecerunt<sup>1</sup> in campos Hortobágenses. Aliquando, dum solem orientem et planitiam<sup>2</sup> immensam<sup>3</sup> mirantur, agasonem<sup>4</sup> equo celerime vectum conspicunt. Is brevi tempore ad equitat<sup>5</sup> ad discipulos. Conferunt<sup>6</sup> sermonem<sup>6</sup> inter<sup>6</sup> se<sup>6</sup> et unus ex discipulis interrogat agasonem, quot equos habeat. Agaso interroganti respondet: «Si triplo<sup>7</sup> plus<sup>7</sup> equorum haberem, quam habeo, præterea tot, quot menses, hebdomadas,<sup>8</sup> dies habet annus: tum ducentis septuaginta uno haberem minus, quam mille. — Quot equos agaso habuit?

*Alexius Czuppon.*

<sup>1</sup> kirándul    <sup>2</sup> síkság    <sup>3</sup> mérhetetlen    <sup>4</sup> csíkos    <sup>5</sup> odalovagol  
<sup>6</sup> beszélgetésbe elegyedik    <sup>7</sup> háromszorba több    <sup>8</sup> a hétköznap

## 2.

*Aenigma crucis.*

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11
12		13			14			15		
16			17						18	
19		20		21		22	23	24		
25			26		27					28
	29		30			31		32		
33		34		35	36					
37									38	39
40		41			42	43				
44		45	46					47	48	49
50	51				52					
				53	54				55	
—→	56		57							

Ex aenigmate recte soluto proeminet in versibus binis directis distichon de pace Trianonica. *Versus directi*: 1 (4) qui odit (nummerus in parentesi significat numerum litterarum, ex quibus vocabulum constat). — 5 (2) bene Graece. — 7 (4) bos frumentum terens. — 12 (2) evade! Es! — 13 (3) Pluto. — 14 (3) directionem motū interrogat. — 15 (3) qui emere amat. — 16 (2) coniunctio adversativa. — 17 (2) mihi (retrorsum). — 25 (3) femina, quae aliquā re utebatur. — 26 (2) coniunctio. — 27 (5) regio Troiae. — 33 (5) corona Papae. — 36 (5) muli (retrorsum). — 40 (2) pronomē. — 41 (3) ανφ. — 42 (5) populus in Arabia. — 50 (5) qui chordas impellit, radit. — 52 (5) ut donas. — 56 (2) praepositio. — 57 (7) flamma de ..... magna est, sed brevi extinguitur.

*Versus librati*: 1 (3) frustum (t deest). — 2 (5) peior fame. — 3 (2) tribuo (retrorsum). — 4 (5) caerimonia. — 5 (2) II. persona verbi: *sum*. — 6 (4) pronomē interrogativum (littera I. et II. commutandae sunt). — 7 (2) pronomē personale. — 8 (3) flumen maximum Russiae (littera II. et III. commutantur). — 9 (2) illi (retrorsum). — 10 (7) vaticinari. — 11 (2) radix verbi: *nare*. — 18 (2) = 1500. — 19 (4) capite signum dat. — 20 (3) exitus verborum III. personae praet. imp. act. — 21 (3) fiat. — 22 (2) coniunctio. — 23 (5) equum freno dirigo. — 24 (2) pergo. — 28 (3) acc. masc. plur. pronominis (retrorsum). — 29 (5) tiasum salto. — 30 (4) in .... sunt animae mortuorum. — 31 (5) inf. pass. verbi: *mitto*. — 32 (4) motus aquae. — 34 (3) dilige. — 35 (5) = asporta. — 37 (2) littera Graeca (= 3. 14). — 38 (2) ecce. — 39 (2) mihi. — 43 (5) fut. verbi: *possum* (retrorsum; *e deficit*). — 44 (5) non calui. — 45 (4) sitis (verbum). — 46 (4) animal Africæ, cornua habet acutissima. — 47 (4) ab omnibus partibus (.... que deficit vocabulum; retrorsum). — 48 (4) Saulus ... (.) factus est (-us deficit nomen). — 49 (4) part. perf. verbi: *uro*. — 51 (3) eo modo (retrorsum). — 52 (3) dat. numeri: *unus*. — 53 (2) ille. — 54 (2) coniunctio adversativa.

## I. Guelmino.

3.

Dissolvendum ad saltum equulei.

*Om		a
e	ex	et
ni	ni	dit
pe	ram	hil

Verba ultima imperatoris Septimii Severi.

Victor Kósa,  
disc. VII. cl. rgymn.  
Keszthelyensis.

4.

U m m m S

5.

Quando quis in conclavi est sine capite?

## Salse dicta.

A. Rivarol, philosophus Italus, dixisse fertur: «Si viginti homines colloquuntur de nobis, undeviginti dicunt malum et unus, qui bonum dicit, male dicit».

Demosthenes, orator Graecus, rogatus est, quomodo facultatem dicendi comparavisset. Ille respondit: «Plus olei absumebam, quam vini».

Aristoteles, philosophus Graecus; quandam rogatus est, quid esset spes. «Spes est somnus vigilantium.» — respondit Aristoteles.

W. Busch dixit: «Nos omnes habemus sententias stultas, sed prudens non dixit eas.»

Victor Kósa

disc. rgymn. Keszthelyensis.



Corrigenda numeri 7. (1935. Mart.) pag. 65. pro Summae Pontificis: *Summi Pont.* — Pag. 66. pro lagiri: largiri. — Pag. 74. pro succurisset: succurrisset. — Pag. 75. pro mereret: mereret et. — Pro premium: praemium.

I. Guelmino. Carmen de Horatio mense Iunio publicabitur. Aenigma iam nunc prodit. Sed rogo humillime, ut alias breviora et faciliora aenigmata componas, nam hoc etiam docto difficile est. — F. Marossy, L. Mihálesik, I. Magurányi, St. Banó, F. Miederer. Aenigmata, quantum potest, prodibunt. Nolite nimis longa vel puerilia aenigmata facere. — *Anonymous Dombóvarensis*. Oblitus es nomen tuum inscribere. — I. Dáum., B. Vajda, K. Gáldy, I. Fejnyőházy, L. Mihálcstik, Z. Ady, I. Törs. Iocosa vestra nonnunquam sale parent; si ne moderator quidem invenire potest, quando et quid ridendum sit, quanto minus lectores intelligent iocum! Quorum magna pars tamen publicabitur, nonnulli iam nunc prodibant. — C. Ács. Opusculo Rákócziiano, ut vides, iam usus sum. — G. Kaul. Occasione data aliam similem fabulam quoque velim accipere. — De reliquis litteris proxima occasione. — Schiedam. Quamquam discipuli primae classis gymnasii Schiedamensis estis, tamen non solum legitim Iuventutem, sed etiam aenigmata recte solvere potestis. Quae cum ita sint, imo ex pectore gratulor magistro vestro vobisque. Sic itur ad astra!

Conclusio IX. numeri adornandi Cal. Mai. Lectibus dies festos Paschae felices fortunatos!

Sumptibus Societatis Magistrorum Intermedi-scholarium Catholicorum. — A. Katholikus  
Középiskolai Tanáregyesület költségén.

(Praeses: DR. IOANNES KISPARTI, elnök.)